VD16

¶Cl. Claudiani vita varijs ex locis de prompta.

CLaudius Claudianus poeta inſignis omnium qui fere
me habentur recentiſſimus Alexandria egypti vrbe no
biliſſima oriundus fuit quamq̃ ſunt qui hiſpanum ali
ter Pleriq; florentinum faciunt parum diligenter veteꝝ
commentarios obſeruantes. Veriſimile eſt eum Romæ diu verſa
tum multaſq; italie vrbes peragraſſe in vita tantus fuit vt archadio
honorioq; feliciſſimis atq; doctiſſimis imperatoribus auguſtis am
pliſſimis ab vtroq; muneribus honeſtaretur ita vt ſtatuam petente
ſenatu in foro traiani eidem collocari iuſſerit & ſic latine ſubſcriptã

Meonide cui mens claudij: cui muſa maronis
Hanc tibi cum roma ceſar vterq; dedit.

Scripſit de Raptu Proſerpinæ. Libros quattuor ſed quartuꝫ aut nõ
abſoluit ãt neſcio quo pacto vel temporum iniuria ad noſtram non
peruenit etatem. Multoſq; alios qui ſunt in manibus quare non eſt
ocij noſtri ſigillatim recenſere Floruit theodoſij etate qui ante alios
imperatores fuit chriſtianiſſimus. Quo tempore Auguſtinus oro
ſius euagrius Ioannes Damaſcenus & alij pleriq; religionis noſtre
fortiſſimi athlete claruerunt Fuit vt tradit idẽ Auguſtinus in libris
De ciuitate dei A Chriſti (vt ita dixerim) incarnatione alienus Mo
re grecorum a quibus traxit genus & originem q̃uis de religione
noſtra ſancte ſimul & pie aliquando loquatur. Quod, vt theodoſio
blandiretur feciſſe creditum eſt Profert idem Aug. diuinos eius
illos verſus quibus miraculoſam theodoſij victoriam aduerſus Eu
genium impium gallorum regem deſcripſit.

Te propter gelidis aquilo de monte procellis
Obruit aduerſas acies: reuolutaq; tela
Vertit in authores: & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte deo cui fundit ab antris:
Eolus armatas acies: cui militat ether
Et coniurati veniunt ad claſſica venti

Multis grauibus viris viſus eſt familiariſſime Teſtatus officium ſuũ
libellis de illorum laudibus a ſe compoſitis: vſq; adeo: liberalq; in
pauperes bonos & virtute preditos ſe prebuit vt pater pauperum
vulgo diceretur fidei inſtabilitas nomen eius plurimum obſcurauit
verum quis ſine crimine nullus. De obitu ipſius nihil apud veteres
authores legimus.

¶In Primum Librum De Raptu Proſerpinæ Cl. Claudiani argumentum.

Pluto qui diſpater & Orcus latine dr̃: Impotẽtiſſime ferẽs q̃d ex oĩ
bus dijs vxorẽ nõ haberet: in Iouem bellũ parabat: habitoq; delectu

copias ex mõſtris inferni cõſectas in cęlũ direxiſſet. Ni parce ſupplica ces ab eo cõtédiſſẽt: vt de cõnubio cũ ioue prius ageret. Auditis eius p Mercuriũ mãdatis Iuppiter animi dubius diu pepẽdit. Tãdẽ Proſerpinã fratri deſtinat Negociũ veneri dãs. ille (ne Proſerpinę ſuſpecta eſſet) aſſũptis: Minerua dianaq; comitib⁹ in ſiciliã deſilit: ipſãq; Proſerpinam per abſentiam matris occupat: & aſtu circumuenit.

¶ Secundi Libri Argumentum.

Abſẽte iã die: q nocte ſupra deſcriptã ſecut⁹ eſt. Proſerpina ſuaſu veneris in cãpos Ennenſes egreditur. Et ſecum, diana Pallaſq;: & nymphę: quas ſtudio legẽdi flores: vibonẽ vſq; pgreſſas in agrũ brutiuʒ ſcribit ſtrabo. id quomõ fieri potuerit: intercedẽte rapidiſſimo freto: nõ plane video niſi forte ſiciliã ab italia nõdũ auulſã: aut diuinitus aduolaſſe acceperim⁹ C audian⁹ vltra ſicilie fines rẽ nõ pducit. Ipſũq; Plutonem quattuor equoꝝ curru vectum. Hauſta luce: ex compoſito liberam rapuiſſe ex agro Ennenſi: ſecũq; ad inferos aſportaſſe narrat: ibi nuptię plublica manium leticia celebrantur.

¶ In Tertium Librũ & vltimum Argumẽtũ

Rapta iã Proſerpina Iuppr̃ in cõcionẽ deos aduocat i dictaq; pena iubet ne qs audeat indicare cęreri raptorẽ filię eiuſq; cõſilij rationes in mediũ pfert. Ipſa vero Ceres in ſõnio De raptu Proſerpinæ facta certior in ſiciliã ſe recepit: cõptaq; ſuę dom⁹ clade curſũ rapit in cęlũ Q uũq; apd̃ iouẽ cęteroſq; deos: neq; cõuitijs/neq; pcib⁹ aut quęrelis qcq̃ pficeret. Faces ab aetnę aueris accẽdit: atq; ita auſpicatur errorẽ.

FINIS.

¶ Veritas in hoc fictionis inuolucro latens.

Marcus varro ſentit in Proſerpina ſeminũ fœcũditatem repræſentari quę quodem tẽpore cũ defeciſſet: & terra quaſi ſterilis orbaq; maneret: exortaʒ eſſe opinionem filiam cęreris ab orco raptam. Q uũq; morrales annone iacturã in publico luctu pſecuti fuiſſẽt: longe poſt redditam copiam l tos alacreſq; excepiſſe inſtitutis ſacris que miſteria nominantur. Si quis hiſtorię fidem aliter habere cupit Euſebiuʒ legat & ſuidam grçcum Bocatium. Et imprimis pręſtantiſſimos authoris noſtri. Cl. Claudiani commentarios ac interpretes. A. Ianum Parrhaſium Neapolitanũ virum mira dicendi ſuauitate fecundum Necnon ponticum viruinum de vtraq; lingua benemeritum qui omnia eius opera in lucem & priſtinum redegit nitorem Ac cõmentarios in eundem poetam magnos & diffuſos omni genere diſciplinarum rerum plenos quemadmodum vene. pater ãbroſius caleꝑinus Cremitan⁹ aſſerit eoſq; vidiſſe ſcribit & ingenue fatetur nõdum tamen ad nos perueniſſe haud dubium eſt.

FINIS.

Quid miſeræ prodeſt Cereri exoraſſe Tonantem?
Vt natam alternis menſibus adciperet.
Rapta erat ab Diti rurſus Proſerpina auaro:
Obrutaq; in ſtygijs illa latebat aquis:
At bonus adſurgit Ianus:qui vindice lingua
Eripit e manibus raptor acerbe tuis:
Et iubet ad ſuperos ire & volitare per ampla
Ora virum:tantum plus Ioue Iane potes.
Iane tibi dea ſi tantum Proſerpina debet:
Quæ ratio adcipiet nomina(dic)hominum?

EIVSDEM.

Quis hæc tibi quis autor e penu dedit
Repoſta vatum?originem vnde ſubſcipis
Tibi?vt recludis abdita & recondita
Habeſq; ſenſa Iane cognitiſſima:
Quibus miſella turba litteraria
Tenetur impedita:nec poteſt viam
Videre:quærat vnde quod petit ſibi.
An ipſe Ianus omne qui biceps videt
Geritq; clauem:aperta facit omnia?
Vel es receptus hoſpes ab Choro Deum?
Sit vt iubet:vouetq; dedicatq; ſe
Tibi latina & Attica eloquentia.

CLANCINVS CVRTIVS.

Quicquid lucernæ fumidæ vigil pallor:
Sollers acumenq; ingeni:furor repens:
Doctrina:ſtudium:diligentia:ars:Phœbus:
Muſæ:& fauentes Cæſares manu larga
In Claudium attulerant:adederat tempus.
Vt non Maronis iam amplius gradum ferre
Veſtigio hærentem viderier poſſet.
O temporum vis:O maligna ſors fati.&
O temporum vis:& benigna ſors fati:
Quæ Claudiano dederat:abſtulit:rurſus

Dat quæ abſtulit:Cottæ Catelliani actus
Suaſu ac ope Aulus Ianus attulit vati
Suppetias Parrhaſius optimo:immunda
Atq; vlcera expurgauit::& parem Claudi
Numeris ab æuo claudicantibus greſſum
Eſt reddere auſus:de ſitu tenebriſq;
Vatem aſſerens:& ſenſa lucidans:qui olim
En Claudius totus legi poteſt.Quare
Aſclepio par Ianus eſt:lacer truncus
Iam Claudius cum Claudianus antiqua
In membra amuſſim redditus ſibi:frontem
Tollat repoſita ſtatua vti:Platonemq;
Verum probet vatem:furore agi quando
Interpræetem inquit proximo poetarum.

ANTONIVS MOTTA.

Oſor quiſquis es obloqui caueto:
Nec ſis rictibus inſolens caninis:
I quæſo procul:i procul rogamus.
Te expectant ſiculæ & petunt procellæ.
Tu qui es:candidus:inocens:benignus:
Sacrum ne timeas manu libellum
Nocturna premere:& ſimul diurna:
Et quom te grauis vnda ſæuientis
Fractis proripit anchoris triquetræ:
Per caſus varios:& feram retorquet
In Syllam:rabidam & trahit charybdim:
Argo vt pertimeas perire nauta:
Inter Cyaneas graueſq; fauces:
Circum reſpice littus in ſiniſtrum
Et dextrum latus:hinc leges iter quod
Iani Parrhaſij pharos docebit.
Erranti conſulit:atq; naufraganti:
In tantis quid agas miſer periclis
Splendorem face non procul ferente.
Dat tutam tibi dat viam:facitq;
Expulſis placidum fretum tenebris.

IDEM.

Perſephonem ſtygias quom luridus orcus ad vndas
Auectam: rapidis impoſuiſſet equis:
Sparſa per amfractus relegens veſtigia currus:
Prætulit accenſam lampada mœſta Ceres.
Si mihi con venia liceat dixiſſe parentis:
Offendent magnos nec mea verba deos:
Maiorem tibi Diua facem fert Claudius: & qui
Illuſtrat vatis carmina parrhaſius.

IO. MARIAE CATANEI.

Numine q̄ ſtygio rapta eſt proſerpina quondam
Illuſtrata diu ſicelis ora nitet.
Trinacria: raptore Deo: Cereriſq; labore:
Multus honorifico Claudius ore fuit.
Ora deinde lacer crudeliter: atq; puellæ
In raptu: raptum paſſus & ipſe parem.
Quem nunc illuſtrans quanto fit dignus honore:
Parrhaſia Ianus celſus ab arce fluens?
Namq; grauem rerum ſeriem duroſq; receſſus
Explicat: & nitido Claudius ore micat.

ℂEIVSDEM

Non poterat reuocare gradum proſerpina: mater
Quamuis ſæpe foret de Ioue queſta Ceres:
Quod pater: & ſummi natæ regnator Olympi
Non dederat: tribuit Claudius auxilium.
Non modo perſephonem reuocauit mille potentem
Artibus aſt ipſum Dæmona: quantus erat.
Poſt modo turbauit vatem crudelis Enyo:
Vt iam Lethæas eſſet iturus aqnas:
Alma Ceres metuens in peius furta ſecundo:
Atq; videns cæcis pignora merſa cauis:
Orat opem. Ianus qui factum norat ad vnguem
Facundæ gemino frontis honore decens:
Subuenit: atq; deam cœni caligine merſam
Extrahit: immundam caſtalis vnda lauat.